

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA IX. VET. TEST. 23.

Taxandus autem hoc loco peruersus iste mos, de quo extant antiqui rhythmi: Cum moritur diues, concurrunt vndiq; ciues: Cum moritur pauper, vix adest vnus & alter: Siret der Reich, so geht man mit der Leich: Stirbt der Arme, so gehst duß Gott erbarm.

V. PARS.

In Chanaan deductus Jacobus, infertur sepulchro patrio & aucto: sicut petierat. Vide dispository. præcedatis partem 2.

Locvs hic recurrit, qui in præcedenti dispositione est, ultimus. Illuc remitto lectorum breuitatis causa.

F I N I S.

THEMA IX.

Gen. 50. v. 24.

Mandatum Iosephi morituri fratribus datum, de offi-
bus suis deducendis in Chanaan.

D I S P O S I T I O.

Audiuit Iosephus à parte morituro, Deum futurum, cum posteritate Patriarcharum, Israelitis videlicet, & introductorum ipsos suo tempore in terram promissam. Eamque ob causam ipse patrem sepeliri in Chanaan cu-
rauit, ut petierat. Leguntur hæc omnia prolixè Gen. 47.
v. 30. & 48. v. 29. & 50. v. 12.

Nunc etiam mors ipsum Josephum postulat, cum esset annorum 110. Is itaque sibi non tantum in memoriam reuocat, quæ à patre audiuit de terra promissa: sed ad po-
steros quoque id ipsum transmittere cupit. Et proinde i-
psa etiam moriturus, primum hic repetit illam promis-
sionem, quam à patre audierat, de possessione terræ
Chanaan.

Deinde ossa sua in promissam terram ex Egypto trans-
ferti mandat. Quia autem hoc factum tanquam in-

B 4 signe

signe fidei documentum nobis commendatur Heb. 11. v.
22. digna est haec particula historie, quam in praesenti fu-
nere excutiamus.

Dedubius itaque partibus iam propositis ordine di-
cendum,

I. Pars.

Pii patris Iacobi ingenium filius pius imitatur & mo-
riturus prius rite sua disponit. Atque qua fide decadat ta-
cite insinuat: sicut Iacobus.

1. En ego morior, inquit fratribus Iosephus, & nepo-
tibus, & ceteris fratribus posteris.

Sentio instare finem vita meæ. Et absolu cursum me-
um Lubens moriar.

At vero non est quod cogitetis, Defunctis iam nostris
Patribus, Abrahamo, Isaaco, Iacobo, & me quoque sub-
lato: (quorum hactenus opera & authoritate tuistis edo-
cti in sacris, & defensi quoque ab iniuriis aliorum) nul-
lam vobis restat hem in Deo vestro, Es wied darumb
vñser HERR Gott gar von euch aufzischen und werde gar
mit euch auf seyn. Sed sciatris. D e s M affuturum vobis, si-
cuit estis edicti à parte communii nostro, Iacobo.

2. Nec tamen eritis immunes ab omnibus calamitati-
bus. Fieri potest ut surgat Rex, qui ignoret Ioseph, (quod
factum legitur Exod. 1. v 8.) & vos dariter trahet, atque
posteros vestros. Sic enim prædictum Genes. 15. v 13. At
non est quod propterea abiiciatis animum.

Si enim aliquantum per cogamini seruire. Ægyptiis bene-
tamen sperate, Dominus enim non plane obliuiscetur
vesti, sed visitabit vos. Er wird euch nicht gar verlassen/
sendern wider an euch dencken. Vide Exod. 3. versic 7 & 4.
vers 41.

3. Quomodo autem visitabit? Ut videat nostros la-
bores & gemitus Exod. 2. v 23. & condoleat nobis? Neq;
hoc tantum faciet, sed educat vos ex hac terra: in qua
iuxta

THEMA IX. VET. TEST. 25

utra diuinam oraculum, quod Abrahamo reuelatum est seruendum fuit, ad tempus. Gen. 15 v. 13.

4 At quo tunc deducendi erimus? Foris in terram deteriorem, aut seruitutem grauiorem? Nisi deni Regen get in Bark. Minime. Sed educet non tantum Dominus, verum introducet etiam in terram promissam Abramabo, Gen. 12. & 15 Isaaco, Gen. 25. & Iacobbo, Gen. 28. & 35.

5 Nec promisit tantum, sed iuravit. Itaque non est dubium, quis Deus sit staturus promissis.

Non ergo oculos tantum defigatis in Aegyptum: (quā alioquin ægre relinquebant, ut pater, Numer. 1. v. 5. & 14. v. 4.) sonda je sollet in ceteris hīnās deinceps / vnde nich Cappter erlendu lassē.

Loci I Hic recurrunt idem Loci, qui supra in disposi-
tione Thematris VI. sunt anno:ati parte prima & secun-
da. Quia utriusque loci plane idem est sensus. Et quod ibi
pater Iacobus dixerat hic repetitur pluribus verbis à filio
Iosepho, non multum mutatis.

Potest autem cæteris addi hic L o c u s : Iuxta manda-
tum domini Deut. 6 v. 7. semper inculcandum & acuen-
dum filiis atque posteris verbum Domini, & sic perma-
nuum quasi traditionem ad posteros propagandum: siue
istud verbum contineat comminationem siue promissio-
nem, &c. Hic inculcatur verbū promissionis diuinæ, ut
à Iacobo olim.

Estque hic cultus Deo gratissimus, Commendat Deus
hoc nomine Abramum, Gen. 18. v. 19. Scio quod sit
præcepturus filiis, &c.

L o c u s II. Parentes in primis morituri rectissime ag-
gunt, si adhortentur liberos, ut firmiter inhærent verbo
diuino. Sicut enim per omnem vitam in r̄ḡdū zv̄z
debent illos educare Ephes. 6. vers. 4 ita etiam moritui
ipſis hoc commendent, ut in pietatis cursu pergaſt stre-
nue.

Multum enim apud bonos valent hæc extrema pa-

B 5 ren-

rentum dicta. Id Patriarchis solenne erat. David hoc ipsum non intermitit. 1. Reg. 2. v. 3.

II. Pars.

Josephus potro non quidem mandat, ut cadauer ipsius mos postquam mortuus fuerit, transferatur in Chanaan: quia metuit ne haec translatio fratribus aut posteris causa sit odii apud Aegyptios, & ne alia forsitan impedimenta obiciantur, &c. Sed hoc perit, ut cum aliquando sint emigraturi in Chanaan, illuc secum auferant ossa recondita in loculo. Quod & factum legimus Exodi 13. v. 19. per Mosen.

Et sepulta postea in Sichem. Jof. 24. v. 32. ubi habitaerat olim Jacobus. Gen. 33. v. 19.

Qua huius mandati causa, fuerit, paucis explicatur. Hebr. 11. vers. 22. Per fidem hoc esse factum. Hoc autem vult:

1. Josephum credidisse Deo, quod posteros sit introducerurus in terram promissam. Ideoque symboli loco ossa sua illuc transportari mandat. Das soll das Wortzeichen seyn dañ er nicht zweifeln.

2. Josephus sic testatur fidem de resurrectione mortuorum, & vult resurgere cum patribus in Chanaan.

Plures rationes huius sepulturæ vide supra in Dispositione Thematris VII. Atque eundem etiam, qui ibi in fine additus est, hic refer Locum Communem.

F I N I S.

T H E M A X. & XI.

Ex Num. 20. & 27.

De morte Aharonis & Mosis.

Dispositionem horum Thematum, vide supra in prima parte Promptuarii Exequialis, Clasice I. Num. I. & II. pag. 1. & 9. Sequitur ergo

T H E-